



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Responsa De Iure Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**  
**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

De iure patronatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

Episcopi, & Primates supplicarunt Papae, non suo Marte statuerunt, sed nec eo tempore exauditi, sed in aliud reiecti.

adhiberi debeat Ordinarius. *Trid. d. c. 9. s. 22.*

De iure patronatus.

RESPONSVM III.

RESPONSVM I.

Hospitale olim exemptis vniuersum non fieri exemptum.

De aduocatis.

Religiosorum exemptio hospitalis, eiusque sacellum ipsius vniuersum non fecit exemptum. *c. ex ore. in fin. X. de privileg. c. volentes. in fin. eod. in 6. clem. quia contingit vers. contradictores. de religio. dom. quam etiam innouauit Concilium Trid. s. 2. c. 8. & 9. quibus in locis vniuersum, exemptio, privilegium, prescriptio, vel consuetudo immemorialis, non obstat declaratur, quo minus visitari hospitale ab Ordinario, & rationes exigi possint id adeoque hic obtinet, quamuis ab animarum centum religiosarum sint in pacifica possessione hospitalis, sacelli, & bonorum, sine Episcopi visitatione, aut rationum exactione. qualem allegationem in c. cum ex officio. X. de prescrip. nullam Innocentius III. reputat. cum contra visitationem, inquit, non possit aliquo modo prescribi. liquidum autem hic est ante vniuersum hospitale & sacellum, vtrique Beginarum, fuisse sub Ordinario, vt & erant Beginarum. *c. ratio. de relig. dom. in extrau. comm. in verb. diocesani locorum & parochialium ecclesiarum rectoribus reuerentier obediunt.* quamuis etiam tunc esset sub patronatu Abbatis Ordinis exempti. patronatus autem vbi que admittit, imo fere exigit Diocesani institutionem, aut superioritatem. *tot. tit. de iur. patron. Conc. Trid. s. 1. q. c. 1. 2. vt ne quidem, si a laicis ad exemptos peruenerit, ius Episcopale minuat. c. cum sacellum. X. de de iur. patronat. quin, et si rationes ex consuetudine aut privilegio alijs reddi debeant, etiam**

Utrum non sit nouum male a laicis haberi ecclesias, & clericos; *c. non minus. X. de immunitat. eccles. c. clericis eod. in 6.* sed id tradat, inquit, antiquitas Concilio Carthaginensi V. iam olim visum est, ab Imperatoribus postulandos esse defensores: ne fatigaret ecclesia. *c. ab Imperatoribus. 23. q. 3.* sicut defensores ciuitatum inuenti sunt ad propulsandam potentiorum iniuriam. *l. defensores. C. de defensor. ciuitat. ex hac origine prodierunt aduocati ecclesiarum.* *Erasm. Cholet. tract. de aduocatis. l. 1. q. 7. Burgund. ad Consuet. Fland. tract. 8.* sed quoniam quod ad defensionis subsidium est inuentum, a quibusdam ad depressionis dispendium est retortum; *prohibemus, inquit Concilium Lateranense in c. in quibusdam. X. de pen. ne patroni, vel aduocati, seu vic. domini de cetero plus usurpent; quin reperitur in iure permittum.* reperitur autem in iure oihum permittum praeter antiquos, inquit Lucius III. *in c. praeterea. 23. X. de iur. patronat. & moderatos reditus, ab Episcopis institutos; seu vt interpretatur Paternormitanus & alij ibidem in erectione reseruatos.*

Sed, vt Saluianus *l. 5. de prouidentia Dei* ait quosdam, vt onus excutionis euadant, tradere se tuendos, protegendosque maioribus, dedititiosque se diuitum faceret: hos autem saepe hac lege tueri pauperes videri, vt spoliunt: Ita Gail *l. 2. obs. 54. n. 6.* aduocatus iustitiam (inquit) non collectare suos iustitias, sed pro viribus defendere: inque protegere debet. quia ius protectionis nullam tribuit subreptionem. *essi in ea re quoad adque pernicitiae erretur: & in aduocatis*

1. Eoque visitari potest ab Ordinario.

2. Visitacioni nulla obstat prescriptio.

3. Patronatus a laicis aut alijs ad exemptos delatus iura Episcopi non minuit.

ria plus a quo extendatur: & ad qua-  
situm, atque priuatam utilitatem trans-  
feratur. nullum sane grauamen in-  
ferri vult ab aduocatis, seu patro-  
nis d. c. in quibusdam d. c. praterea.  
quo etiam spectat Concilium Trid.  
f. 22. c. 11. quod generalius Con-  
cilium Lateran. in d. c. non minus  
in ijs, qui potestatem habere vi-  
dentur, reprehendit; quod ecclesia  
tot angarijs affligatur, vt ei quadra-  
re videatur deploratio Jeremiae.  
Princeps provinciarum facta est sub tri-  
buto: iurisdictionem etiam, inquit, &  
auctoritatem prelatorum ita euacuet,  
vt nihil potestatis eis in suis hominibus  
videatur remansisse. vt non tantum  
prouentus, sed etiam iurisdic-  
tionem ad se diuertant; seu, quod  
amplius est, quasi iure aduocatiæ,  
in ipsas ecclesias, & prelatos iurisdic-  
tionem vsurpent.

Quare idem Chokier d. tract. q.  
34. negat aduocatis ius esse colle-  
ctandi. quod d. c. praterea veteri  
Interpretes intelligunt per ver-  
bum, regium, quod pro tributo ac-  
cipiunt. ius etiam hospitij mili-  
tium, & pastum iumentorum, in  
verb. albergarum, & fodrum: & in  
d. c. non minus fossatam, expeditione-  
nes, & alia: seu quæ ad necessitates  
castrenses pertinent, multo magis  
canum venaticorum, nutrimenta,  
& expensas, extra necessitatem,  
publicam, in vsu aduocatorum  
priuatos. quamquam multis locis  
huiusmodi vsurpatio, vel expensa-  
rum redemptio inualuerit aduer-  
sus canones, & etiamnum obti-  
neat: etiã pacto illo adiecto, quod  
nihil vniquam exigetur aliud, quale  
pactum ex causa onerosa natum  
reuocari non potest. vt aliquando  
priuilegium in mera liberalitate  
fundatum. Euerard. conf. 31. n. 18. &  
in vectigalibus ne quidem in ex-  
trema necessitate admittit. Wa-  
mel. conf. can. 19. n. 2.

Et quoniam alia est affectio pa-  
rentum naturalium erga liberos,  
quam vitrici & noueræ; vetitum  
est ne ius aduocatiæ, quocumque

contractu in alium transferatur. d.  
c. praterea. nisi forte cum vniuersi-  
tate bonorum, cui adhareat. c. ex  
literis, eod. quod & Concilio Trid.  
innouatum est. f. 25. c. 9. vers. nec di-  
ctum. nam vt ille dicebat, fieri ne-  
quit, vt qui officia emerint, non  
vendant: sic qui non ex fundato-  
ribus descendunt, sed pecunia aut  
simili modo aduocatas, & patro-  
natus acquisierint, grauiores  
vtique exactiones inferant. præ-  
terquam quod patronatus, etsi non  
sit spiritualis, tamen iuri spirituali  
annexus est; & ita pecuniaria ac-  
quisitio ad simoniacam prauita-  
tem vergit, eoque magis damna-  
tur illius acquisitio ad finis spiri-  
tualis abusum: c. quia clerici, X. eod.  
ambitionem aut cupiditatem. c. si-  
quis basilicam, de consec. d. 1. quam-  
quam aduocata armata, vice do-  
minatus, guardia, vel custodia,  
nonnumquam merè aut magis tem-  
poralis sit: tamen in genere d. c. praterea  
contractus super illis facti  
damnantur, & grauamina eccle-  
sij illata. quin & maximè vacatio-  
ne illarum occurrente bonorum  
& iurium ecclesiæ vsurpatio. d. c.  
in quibusdam, c. generali, de elect. in o.  
quæ fere est regalia, quam teitigi-  
mus in tur. pont. nou. anal. de elect. n.  
3. & de iur. patronat. in fin.

Conradus H. Jm. Ducibus  
Brabantia ius aduocatiæ conce-  
dit in omnes ecclesias, & ecclesia-  
sticas personas: earumque bona in  
suo principatu existentium; sed in  
gratiâ ipsorum, quia nimis graue eis  
esset propter distantiam & pauper-  
tatem Regem ipsum adire. vbi &  
hoc ait, nulli licitum esse alicuius  
ecclesiæ aduocatiam vsurpare, nisi  
banno regio ad hoc esset institu-  
tus. & infra, mandat vt nomine  
Imperij ita tueantur, & defen-  
dant; ita quod, inquit, ab ipsis nil per  
potestatem recipiant, aut exigant præ-  
ter ius aduocatiæ: quia aduocati non  
debent esse depradatores, sed defensores  
ecclesiarum, &c. Refert Butkens, aux  
Trophées de Brabant aux Preuves p. 39.  
in

11. Aduocata  
vt in alium  
nequeat  
transferri.  
12. Nisi per  
consequen-  
tiam bono-  
rum.  
13. Cur?  
14. Contra-  
ctus defu-  
per iniri  
iur.  
15. Aduocata  
ecclesiarum  
Brabantia.  
16. Sine exa-  
ctione.

6. Nullam  
grauamen.  
7. Iurisdic-  
tionem  
8. Regium, al-  
bergarum,  
fodrum.  
9. Fossatam,  
expeditio-  
nem, &c.  
10. Pacta super  
his ne qui-  
dem ob  
necessitate  
mutanda.

in diploma autem Othonis Regis Lathariensis. 948. *ibid.* p. 16. pro Abbacia Gemblacen: permittitur subaduocatus, sed vnicus: qui *nihil aliud*, inquit, *iuris habeat nisi per singulos annos de vnaquaque domo denarium vnum, gallinam vnā, auenā sextarium vnum.* cūm Duces Brabantie progressu temporis plura exegissent, sub Joā. III. an. 1336. est transactum, vt per omnes simul Brabantie prelatos præstitis 1600. coreweis, quas angarias vocat, & canum certorum dierum nutrimentis, ab omni vltiori onere essent liberi: *saluis correweis recipi consuetis in expeditionibus & caualariis publicis, cūm eos guerram apertam habere contingerit.* quæ tamen damnat d. c. non minus, sed non satis antiquæ Imp. leges, quas plurimi sequuntur qui cleram cum populo obligant ad commune bellum defendendum, seu cūm Princeps inuaditur. *enari à Mart. de Iuris d. p. 3. cas. ...* alioquin omnia huiusmodi seruitia incerta sunt: ex pactis, & vlti pendunt. *Vid. Miram donat. Belg. l. 2. c. 51.*

RESPONSVM II.

De iure quasi patronatus per territorium vniuersali.

1. Contra communes regulas est.

2. Nisi in ecclesiasticis quasi patronibus primitiuis.

**I**us patronatus laicum vniuersale per totum territorium A. extensum ad omnes pastoratus, capellanias, matricularis, aliaque beneficia, quod ab immemoriali tempore competere asseritur Comiti T. videtur communes iuris regulas transgredere; quæ ius patronatus non agnoscunt, nisi in ijs, qui ecclesias, aut beneficia fundauerint, dotauerint, aut construxerint. nec est verisimile ecclesias omnes parochiales præsertim tam antiqui territorij, omniaque territorij beneficia fundata esse à prædecessoribus eiusdem Comitis. & quamuis patroni ecclesiastici, quibus

ius parochiale competit, per incorporationem ecclesie parochialis, personatus, aut alterius spiritualis iurisdictionis, aut auctoritatis multis in locis vsurpent prouisionem beneficiorum; quamuis postea nec à se, nec antecessoribus fundatorum, vbi fundantibus alijs ius patronatus expressè reuerentum non est, tanquam vniuersale ius in parochia habentes. c. *questum* 1. q. 3. c. *in apibus*. q. 1. c. *cum priori*. cum seqq. 13. q. 1. & Ordinarij: qui vt tales ibi fundatam habeant intentionem: c. *cum canonicis*. X. *de ser. compet.* & quibus accrescit quod infra suum territorium de nouo emergit. vt capelle intra terminationem parochie, c. *plures*. 16. q. 1. & nouæ parochie, c. *ad audientiam* X. *de eccl. adf. tamē*, vt tales ecclesiastici proprie dictum ius patronatus non censentur habere, *vt in c. dilecti* X. *de excess. pralat.* ita in ijs, qui proprie dictum habent, seu ecclesiasticis seu laicis, non porrigitur illud ad capellas, oratoria, hospitalia, beneficia ab alijs postea in ecclesiam, aut territorium districtum fundata. *arg. l. 1. D. commun. pred. non videtur*, inquit Rochus de Curte, *tract. de iure patron. in verb. construct. q. 7. sub fin.* rationale quod quod sit patronus postea construederem, *et quo nondum sunt in rerum natura, tempore quo ius patronatus acquiritur.* c. *quamquam* *ibid.* & q. 16. *construct. xii.* admittat constructorem ecclesie huius patronatum acquirentem, simul acquirere altarium, & capellarium ante in ea existentium, tanquā accessoriorum, quod vix hodie constabit; cūm c. 12. *f. 14. c. 9. f. 25. Cont. Trid. & item* Rochus q. 10. & 11. *super verb. ecclesiam fund.* bene distinguit inter habentes ius patronatus, & ius parochiale; & eos qui tantum iurisdictionem in districtu habent, tamēti & confundatur saepe ius patronatus, primitiui parochi, seu personæ, & uspe hæc vocabula mixta

ria ecclesia parochialis, personatus, & ius patronatus in diplomatis coniungantur. vt & in d. c. cum dilecta abbatissa caput dicitur suae ecclesiae, & patrona. quae vocabula in rigore simul non constant. vt res sua nemini seruit. non patrona est, quae caput eadem, & superior. & huiusmodi patroni, tanquam superiores in loco, extendunt iura sua ad omnia quae nascuntur in suo territorio. arg. c. omnes basilice. 16. q. 2. & ad nouas ecclesias. d. c. ad audientiam. de quali patronatu diximus in Consulti. can. de eccl. edif. cons. 1. & vid. Garciam de benef. p. 5. c. 9. n. 56. si quid conferat matrix aut illius parochus: aut noua ex necessitate struatur, (vt etiam censetur peregrinorum obsequium. c. 1. X. de celeb. miss. (& in quibusdam diplomatis donantur ecclesiae sub his verbis, libera ab omni personatu, & patronatu: id est optimo iure: salua Episcopi ordinaria potestate.

Itaque, cur hic videatur obtinuisse, vt laici patroni ius vniuersaliter fuerit extensum, etiam ad futura, aliud referendum videtur. neque enim vsus immemorialis & praescriptio hanc causam videntur dirimere: cum non plus censeri possit praescriptum, quam doceatur possessum: possessio autem extendi non possit ad futura, & nondum existentia. quia quod nondum est, haberi aut possideri non potest. non entis nulla esse dicuntur qualitates: adeoque nec possessio. sed & usurpatio a d. c. 9. l. 25. Conc. Trid. in potentibus, ac iurisdictionem habentibus, praesumpta, nimis vniuersalis in hoc casu videtur, praescripto post Concilium etiam Trid. per annos plus minus octoginta. Credendum est igitur alio olim titulo haec Comitibus antecessoribus, obuuisse, verisimile est, vt olim nimium frequentabatur, vt Episcopi, & Praelati collegia, ecclesias, earumque bona subicerent aduocatae Principum, aut potentum, nobilium persona-

rum (quae aduocata etiam patronatus dicitur, & aduocati huiusmodi patroni) quod ideoque deinceps prohibitum fuit in Concilio Lugdunensi, c. 2. de reb. eccles. non alien. in 6. verisimile est, inquam, huiusmodi aduocatum pro ecclesijs totius territorij, & omnibus pijs locis cum facultatibus, quarum possessione reperitur Comes, fuisse concessam. idque eo magis, quod dictus locus olim subditus fuerit Episcopatuui Ultraie-dino, cuius Praesules magni tum item Principes, non tantum insignia loca, terras, & bona, tunc alijs in feudum dederint; sed etiam ecclesias, & loca pia nobilium virorum aduocatae commiserint!

Hoc supposito, cum huiusmodi aduocatae titulus sit pro d. territorio vniuersalis, possessio & consuetudo haecenus vniuersaliter praedicta; dicendum videtur non posse eundem Comitem, eiusue commissarium excludi ab ijs praerogatiuis exercendis in sacello, de quo quaestio; eiusue bonis; quas exercet vniuersaliter in alijs pijs causis per dictum territorium. Praesertim cum edictum datum ad Concilium proninc. Mecklen. 1607. art. 23. 24. 25. ad audiendos computos, & administrationem curandam piorum quorumcumque locorum, praeter Episcopos, vocet patronos, vel officarios locorum, eosque qui huc vsque isti rei operam praestiterunt, siue nomine ipsius Principis, siue vasallorum: audiendis autem rationibus, & administrationibus curandis omnium piorum locorum dicti territorij A. haecenus interuenerunt idem Comes, & eius antecessores.

Vel denique verisimile est ius eiusmodi eos obtinuisse concessione Comitum Flandriae: Comitibus autem Flandriae ex concessione Imperatoria vt Conradus Imp. an. 1140. Godefrido Duci Brabantiae ius aduocatae in omnes ecclesia-

7. Sed aduocata arma.

9. Vniuersaliter etiam per territorium.

9. Cum praerogatiuis in alijs consuetis.

10. Vt audientum computum &c.

sticos, & eorum bona concessisse reperitur, & successoribus, ita vt nihil per potestatem exigant, præter ius aduocatiæ. refert diploma Butkens aux Trophées de Brabant. Preuesp. 39. alia ibid. p. 16. de Gemblaco. p. 24. de Ninella: p. 39. de Tongerlo: &c. & quamuis aduocati regulariter ius suum in alios non possint transferre, c. *præerea*. X. de iur. patron. tamen vsus aliquando admittit substitutionem. vt in d. diplomatibus. Imp. & in diplomate Gemblacensi permittitur subaduocatus vnicus institui. qualis fortè principio hic institutus aliquis Comitum: I. prædecessor. cum & hic districtus olim fuerit sub Imperio.

In antiquis ante Concilium Lateranense.

11. An aduersetur Concilio Trid.?

12. Non loquitur illud in aduocatis.

Sed neque ijs, quæ de aduocacia diximus, aduersari credendum est d. c. 23. quia facile creditur est antiquissimam hanc familiam; seu ipsum etiam Comitem Flandriæ illud ius obtinuisse ante d. Concilium Lugdunense, neque iterum quod Concilium Trid. s. 14. c. 12. s. 25. c. 9. de reform. sustulerit omnes patronatus ex priuilegio, & sic qui originem haberent ex concessione Episcoporum, qualem supra hunc dictum esse præsumendum: quia in primis d. c. 2. tantum de futuris priuilegijs agere visum est Lessio: de iust. l. 2. c. 9. d. 5. n. 24. d. c. 9. sub fin. ea saltem videtur tantum tangere, quæ à 40. annis ante Concilium impetrata essent, vt contra huius iuris origo non tantum hominum memoriam excedit, sed quatuor sæcula. ac denique, esto, derur ea Concilij loca etiam ad antiquiora referri, & olim concessa complecti; ob verba d. c. 12. *impetrare, vel obtinere*; & d. c. 9. *antiquissimum vsus memoriam hominum* &c. tamen Concilium Trid. hic tantum receptum est citra imminutionem iurisdictionis, & patronatus Regis, & vasallorum, multò magis citra præiudicium huiusmodi feudalis prærogatiuæ, aut etiam aduocatiæ, de qua etiam d. c. 9. non loquitur.

lex autem noua, prioris non tantum legis; sed & iuris singulorum abrogatoria, extendi non potest ultra tenorem in illa expressum. I. sancimus. C. de restam.

Ceterum in patronatibus in rigore nominis sumptis obtinet, vt ex priuilegio sint aboliti, saltem ad futura non potrigendi: sed id non habet locum in ijs, de quibus supra initio diximus, qui parochialem iurisdictionem habent in loco vniuersalem, quæ porrigitur ad futura. nam huic accrescit quod de nouo emergit. c. 3. X. de off. archiep. pres. d. c. cum contingat X. de ser. comp. in v. ad re. v. pote. Ordinarium. vt herede simpliciter instituto, altero tantum dato in re certa, illi accrescit; non huic. l. quoties. C. de hered. insti. sic ei, qui in territorio vniuersale habet iurisdictionem, sit accretio. Tuse. v. iurisdiction. conc. l. 47. qualem habet rector, persona, patronus; ecclesiæ parochialis: in quantum generi per speciem non sit derogatum: atque huiusmodi extensio non dicitur fieri per priuilegium, sed ius commune neque in rigore nominis patronatus ille est, de quo agit d. c. 9. s. 23. Trid. quod in propria sua significatione est exaudiendum; sed magis ius primitiuum parochi.

Rector potro ecclesiæ, & persona, parochus vocatur in d. c. ad audientiam: & in filiali ecclesiæ patrono ibidem habetur: parochus idem, & presbyter ecclesiæ vocatur in c. ad audientiam. X. de appell. c. cum esset. X. de restam. elem. 1. de iur. par. & persona. d. c. quæstium. v. 3. c. persona. c. bona. X. de app. c. aduocatus de rest. spol. & qui parochiales ecclesiæ incorporatas habent, rectoriæ, & personatus iura, præsertim honorifica, ad se trahunt; & prærogatiuam dignitatis, & vniuersitatis vicarium deputandi, patronatus iura imitantur: & vt consuetudinem rerum, ita nomen faciunt sed d. c. 9. strictas, & distinctas vocum acceptiones exigit.

Que.

Quemadmodum cum an. 1404. Episcopus Cameracensis concessit monasterio T. rectoriam ecclesie parochialis D. personatum, ac ius patronatus, in beneficijs actu fundatis, & in posterum fundandis, infra metas d. ecclesie parochialis, ex stylo ac more loquendi tunc harum regionum: confirmavit quidem huiusmodi concessionem duo Romani Pontifices, rectoriam quidem & personatum exprimentes, vocabulum autem iuris patronatus, omittendo, ne huiusmodi loquendi modo, proprie dictus patronatus comprehensus videretur, cum improprie dictus ex concessis nasceretur: seu potius cum illis idem esset, improprie autem dicto ea competunt, quae diximus, proprie non item. *Conc. Trid. s. 24. c. 3. sub fin.* tamen edictum ad synodum provinc. Mechlin. an. 1608. art. 23. & seqq. quaedam tribuat illudque accipiendum sit de vtriusque more communi hinc loquendi.

dulgentius agit d. c. 12. & d. 9. ut vel fundum & structuram, vel dotationem congruentem admittat: magis adhuc versiculus valgaris; *Patronum faciunt dos, edificatio fundus:*

quasi vel quippiam horum sufficiat, & si plures alij fundus, alij fabricam, alij dotem dederint, partiales patronos fieri communiter receptum est. *Rochus de Curt. tract. de iur. patron. v. ecclesiam fundavit. q. 3.* etiam invito priori constrictes, nisi is id praestare maluerit, *idem ibid. q. 4. v. constrict. q. 7.* & Concilium quidem Trid. d. c. 9. admittit etiam augmentum dotis, novam constructionem, & d. c. 12. vel aliam similem causam, d. c. 9. decem recitat Zerola in *Prax. v. ius patronatus. s. 2.* sed non omnes omnino sitiles, quales non sunt quae vel omnino ex privilegio sunt, vel non omnino ex bonis patrimonialibus; fundatione, structura, dotatione deductae, quales patronatus etiam quadantenus solum privilegiatos d. c. 9. abrogat, quod ut hic in pridem concessis non obtineat non tamen de novo concedi possunt patronatus, nisi cognoscente Episcopo fundatio, structura, & dos sic congrua fuerit, alioquin quod ita acceptum fuerit, neque satis dignum, in praeteritum restitui mandat d. c. 9. in fin. minus admittit sub tali onere, nomine, ac servitute deinceps recipi.

RESPONSVM III.

Quid hodie ad acquirendum patronatum requiratur?

Qvod hic in receptione Concilij Trid. Rex excepit iura patronatum suorum, & vasallorum, ad iam constitutos pertinet; non futuros: de iure quaesito non tollendo agit; futuri praedictum non dicitur: ut non entis nullae qualitates. In reservando igitur in posterum patronatu obtinet c. 12. s. 14. c. 9. s. 15. *Conc. Trid.* ut titulus sit ex fundatione, seu dotatione ex bonis patrimonialibus, ex necessitate ecclesiae, cognitione, & decreto Ordinarii. Iure quidem veteri & fundum, & structuram, & dotem conferebat, qui patronus dicebatur. c. *ne mo de consue. dist. 1. c. pia mensis. c. seqq. 16. q. 7. c. filij. c. decernimus. ibid. in*

igitur qui vilem dumtaxat fundum, paucorumque aureorum aream dederit, quam occupet structura multorum millium, ex elemosynis peregrinorum curata, non magis dicendus est fundator, ex sola allusione vocis, quam respondit S. Congregatio ex dote non congrua patronum non dicit: sed dumtaxat benefactor. *apud Ricciu in Prax. iuris patronatus decisi. 146. facit gloss. in c. quicumque 16. q. 7. in v. aliquid.*

Congrua fundatio, structura seu dos requiritur. Vilis areae donum an sufficiat

cit

Quidquid igitur olim fuerit, iam nec ratio, nec verba Concilij, neque primæ norum canonum, vt diximus, suffragantur, vt alijs quæ condignè fundantibus, vel dotantibus ius patronatus referuetur.

Allegatur quidem c. nobis x. de *epi. patronat. c. c. abbatem in monasterio in verb. possessionis dominus. 18. q. 2.* quasi is ibi censeatur patronus, à *Rosho de Contract. de iur. patronat. ad verba c. ecclesiam fundavit: sed verbum possessionis magis ad dotem pertinet. vel si idem & monasterium struxerat, de quo loquitur, iam ibi & dotem habemus, & structuram: vt pro vili dumtaxat area nihil arguat: sed amplam possessionem & structuram infinet. sed neque d. c. nobis pro huiusmodi area datore quidquam facit. pro fundatione inquit, ecclesie bonar. processionis fundator. seruetur: non ait pro area, aut fundo: sed pro fundatione ecclesie, accesserat ergo & structura. & fundare dicitur non qui fundum dat, sed qui fundamenta iacit, adeo vt in d. c. nobis vnum & idem sit quod ait in principio construere, & in fine fundare ecclesiam.*

Ibidemque non tam questio est, quibus ex causis patronatus deferatur, quam quæ sint illius iura, quæ diuersimoda ibidem referuntur.

Nisi quod quæsitum ibi fuerit à *Clemente III. x. habetur in supplemento, si aliquis efficiatur sola constructione patronus? qui respondit, non fieri, nisi ecclesiam construxerit, cū assensu diocesani: sed ex eo, inquit, acquirit, prout etiam in conuentuali ecclesia, si ita cum Episcopo in fundatione egerit: & de suis inquit, iurisdictione obtinuerit.*

non vt neque ipso iure enascatur patronatus, quamuis multi apud *Garciam de benef. p. 5. c. 9. n. 62. 45.* id existimant: sed ex concessione ipsius Episcopi, eodem namque modo loquitur c. si quis Episcopa-

*rum. 16. q. 3. in verb. adfectori. que hac gratia referuetur: vt adu. positio Episcopi, ac reservatione opus sit. & hæc etiam sit gratia. Trasi. in verbis patronatus. con. 596. & concl. 598. n. 7. Rom. 2. con. 21.*

Quare & veteres canones inlequendo *Tridd. e. 9. in fin.* demandat Episcopis cognoscere diligenter causas patronatus: etiam accipiendi; & nisi in eui entem necessitatem repererint esse legitime constitutos (nota) in totum vtrouicent; minus permittit, vt de nouo in tales consentiant, referuent, vel admittant.

Quare etiam d. c. 9. constitutum est, vt probatio iuris patronatus fiat per authenticas scripturas, et que requiri pro forma censuit S. Congregatio apud *Ricium ubi sup. decis. 141.* vt Episcopi cognitione, decreto, & literis sit opus: non ex solo fundi dono, structura, ipso iure surgat patronatus, præsertim hodie ob d. c. 9. f. 25. & d. l. 12. f. 14. quod & vetat deinceps culpam acquiri ius patronatus, nisi ecclesiam, inquit, *beneficium, aut capellam de nouo fundauerit (nota continuiam) & construxerit: seu (nota distinduiam) iam erectam, qua tamen ineficiens dote fuerit, de suis proprijs, & patrimonialibus bonis competentes dotauerit.*

Qui ergo vilem tantum aream dederit, nihil de suo aliud in dotem, vel structuram contulerit, patronatum acquirere non poterit: nec huiusmodi nomen, magna nomen secum iura trahens, explicite in d. c. nobis, ei Episcopus referuare: benefactor quidem dici potest, & honor aliquis sessionis, processionis, sepulture &c. ex arbitrio Episcopi ei deferendus decerni.

Sed neque recipiendum videtur quod ait *Azor. 1. m. p. 2. lib. 2. n. 19. quæst. 6. post gloss. Innocent. & Panorm.* si aliquis fundum dederit, alter ecclesiam struxerit, tertius dotarit, quamuis inæquale

5. Fundatio structuram simul & fabricam implicat.

6. Sola fundatio non parit ius patronatus.

7. Sed cognitio Episcopi, & referuatio existit.



contulerint, æqualiter patronos fieri. non enim id conuenit cum Christi parabola, *Luc. 7.* vbi ait Simonem rectè iudicasse eum plus diligi, qui plus donauit: sed ex eo iudicio debet ecclesia inæqualiter tribuentes inæqualiter diligere, & remunerari per gratiam patronatus. nec enim in patronatu inæqualitas canonibus ignota est. sed in *clem. ult. de iur. patronat.* statuitur inæqualitas suffragiorum: vt inter hæredes non per capita numerentur, sed per stirpes. quomodo & accipiendum c. quoniam *X. eod.* & dicitur in *l. 8. D. de pact.* maiorem esse partem pro modo debiti, non pro numero personatum. nec vlla censeferi potest comparatio muscæ ad aquilam. adeoque nec eius, qui vilem aream paucorumque florenorum dederit, ad quadraginta millia florenorum, ex peregrinorum elemosynis in fabricam impensa: vt talis areæ dator capellæ non possit dici simpliciter patronus: sed dumtaxat secundum quid: & quatenus nigredo reperitur in niue, minùs ab Episcopo ei tale nomen referuari: obstante vnde quaque d. c. 9. & d. c. 12. quod si ne congruis meritis ambitiosa istiusmodi nomina reijcit. vt alias cupiditates abominatur c. si quis *basilicam. de cons. d. 1.*

RESPONSVM IV.

*Cedi sine sollempnitatibus non potest ius patronatus.*

<sup>1.</sup> Non potest nisi rite alienari, non donari.  
**O**rdò Præmonstratensis institutus specialiter est à fundatore suo S. Norberto in subsidium apostolici muneris. eoque plures illi ecclesiæ, curata beneficia, & patronatus concessi. de quibus priuilegium quoddam Clementis ita habet; Inhibemus etiam ne ecclesias, aut terras, seu aliquod beneficium ecclesiæ vestræ collatum liceat alicui personæ dari, siue ali-

quo modo alienari sine consensu totius Capituli vel maioris & sanioris partis eiusdem: igitur inutilis alienatio est, sine superioris congrua autoritate tractata, & spontaneo plenoque assensu Conuentus, per Prælatum facta cessio iuris patronatus. quippe non tantum aduersus specialem huiusmodi prohibitionem, sed & iuris generalem. eoque imprimis quod in meram donationem incidit, omni iure vetitam. c. 2. *X. de donat.* grauiusque etiam alijs vindicandam. *auth. qui res s. donatarius. C. de sacrosanct. eccles.* neque enim res hæc exilis est, in qua benignior esse possit dispensatio. c. 3. *X. de donat.* quâuis de proprietate dubitaretur. c. 8. *X. de reb. eccles. non alien.* vt ne quidem ob dubium litis euentum transigendo cedi possint istiusmodi iura. c. *Statimus. c. veniens. X. de transact.* quæ non tantum veniunt nomine bonorum. *l. bonorum. 49. D. de verb. signif. clem. exiui. s. annui eod. Conc. Trid. s. 22. c. 11.* sed honorifica sunt imprimis alienari vetita. *clem. 1. de reb. eccles. non alien.* vt & iurisdictionem, etiam voluntariam, completentia. c. *fin. X. de reb. eccles. non alien. d. c. 11.*

Quod si autem res singulares alienari sint prohibitæ, multo magis tota ecclesia. *auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccles.* conformiter Innocentius III. in c. 10. *X. de reb. eccles. non alien. possessiones*, inquit, *alienare non debes, aut ecclesias, in quibus monachi ministrare consueverunt, clericis vel laicis assignare.*

<sup>2.</sup> Qui à pupillo emit, inquit lex 23. *de public. in rem act. probare debes tuore auctore. l. ge non prohibente se emisse.* adeoque ad exemplum tutoris, vel superioris, oportet in immobilium alienationibus Patris Abbatis autoritatem interuenire. illum regulares vocant ex cuius monasterio colonia sua est deducta. & constitutionibus monasticis iubentur in grauibus causis eius

Ex consensu Conuentus, auctoritate Patris Abbatis.

eius consilio uti, & assensu. quomodo & in c. 1. de reb. eccles. non alien. mentio est proprii Prælati, quem glossa & DD. ibid. Superiorem immediatum interpretantur: ut eius consensu sit opus: non tantum, ut illa d. clementina videtur loqui, ubi non est conventus, sed indistinctè. ut ibidem Zabarella n. 28. 29. ex rationis paritate; & argumeto clem. attendentes de priuil. c. Romano. §. ab Archidiacono de appel. in 6. Siluest. in Sum. V. alienatio n. 3. sub fin.

Qui igitur cessum sibi allegat patronatum, docere debet lege non prohibente factam esse alienationem. adeoque interuenisse omnia illa, quæ in alienatione honorum ecclesiæ requiruntur. quæ hic non apparent.

## RESPONSVM V.

An regula Cancell. de infrimis resignantibus obtineat in beneficijs iuris patronatus.

1.  
Beneficiū  
verum sola  
patroni  
concessio  
ne non po-  
est obtine-  
ri.

Cum verum beneficium à sola manu patroni laici non possit obtineri: c. 4. 10. 15. 21. X. de iur. patronat. c. quod in dubijs. X. de renunc. & hic vterque litigantium in vim solius prouisionis patroni laici sine institutione canonica possessionem inierit, à solo etiam notario dicatur introductus; non videtur hoc beneficium esse verè ecclesiasticum: imò neque officium ecclesiasticum, extra considerationem obiecti & subiecti, in quo non interuenit ecclesiæ auctoritas. sed legatum pium dumtaxat, annuum, ex nominatione, seu electione hæredis, seu successoris obtinendum.

2.  
Quod sic  
collatum  
presumitur  
non esse

Adeoque videri non potest esse comprehensum sub regula Cancellariæ, quæ dumtaxat loquitur de beneficijs ecclesiasticis. eoque

in capellanijs, similibusque fundationibus, quæ non sunt beneficia non obtinet. Gomef. ad d. Reg. de in- fir. ref. q. 22. ut, quod semel placuit, amplius displicere non possit: ut deceat beneficium semel datum esse mansurum: ut optio, electio, seu prouisio, hæredi commissisæ semel facta mutari non possit, quia optando ius omne suum contempserit. l. 2. 3. 4. 5. C. 20. D. de opt. legat. d. c. 4. C. 9. X. de iur. pat. & consequenter rata manere debet prouisio facta: & præferri qui eam obtinuit ex vero modo vacandi. c. susceptum. de rescrip. in 6. ut necl. quoties C. de rer. vend. obtinet in beneficijs. c. ibi qui. de rescrip. in 6. c. si tibi absent. de preb. eod.

Verum si beneficium, de quo queritur sit verè beneficium, sed iuris patronatus, contra communes iuris regulas, concessum est patrono laico, ut variare possit, & alios post alios nominare. c. 5. X. de iur. patronat. & tunc Episcopus eligit ex pluribus, quem putat ecclesiæ fore magis utilem, eumque instituit: qui tunc irrevocabiliter retinet beneficium. c. 3. 12. 24. X. de iur. patronat.

Adeo, ut si beneficium habeatur pro vero, eiusque institutio Ordinario postuletur, is præferendus sit, quem Ordinarius instituerit. c. 20. 29. X. de iur. pat. nihil adhuc quoad Ordinarium integrè, admittamus non tantum patronum laicum variare posse plures cumulando; sed etiam priorem vel secundam præferentiam reuocando, & adherendo huic vel illi. ut plures DD. huiusmodi reuocatoriam variationem admittunt.

Supponendo autem verum esse beneficium de quo queritur, videndum est an Regula Cancellariæ Romanæ de infrimis resignantibus obtineat in casu permutationis. & quidem Gomef. ad eandem regulam quasi. 19. hoc non videtur, inquit, habere dubium, cum in regula antequam

Et modernis expressè hoc dicitur, sed exinde contendit non in omni permutatione, sed demum imparium beneficiorum habere locum. ut huiusmodi verborum generalitas restringenda sit secundum causam legis, præsumptionemque fraudis, nascens ex imparitate. *iuxta d. c. 2. de renunciat. in 6.* quod ait fontem & originem huius regulæ. neque verò infrequens est constitutionem novam interpretationem capere ex anteriori. alij aiunt constitutionem indistinctè hic loquentem esse indistinctè accipiendam. *Azor. Inst. mor. p. 2. l. 7. c. 28. q. 5. Rebuff. in prax. ben. p. 3. ad eam Reg. gl. 4. n. 55. gl. 14. n. 6.*

7. Etiam patronatus subiectis.

Ad hæc pridem quæsitum est an regula locum habeat in beneficijs iuris patronatus? quod illa collationis dumtaxat faciat mentionem, quæ non habet locum in beneficio patronatus; sed præsentatio dumtaxat & institutio: & verba propriè sint intelligenda in iuris correctione. *vide Gomes ad d. Reg. q. 17.* quamquam contra dici possit regulam non esse iuri contrariam, sed explicatoriam iuris prioris *in d. c. 2.* & pro certiori rerum agendarum ratione, quod in d. c. 2. indeterminatè dicitur de infirmo: ideoque arbitrium iudicantis exigebat; nouiter per hanc regulam determinari ad spatium 20. dierum; ideoque & quod locurio sit generalis, cum Azorio *ubi sup. q. 6. Rebuff. gl. 2. n. 39. 40* existimem beneficia patronatus ecclesiastici non minùs cadere sub hanc regulam quam reg. octauam reseruatiuam mensium, omnimodo magis quàm hanc patronis præiudicialem. & ibi *Rebuff. gl. 5. in fin.* ait hanc regulam obtinere in beneficijs, quæ Rex Franciæ confert ex indulto Papæ, in alijs legem aliam regiam.

8. Ecclesiasticis.

Ceterum beneficia patronatus laici ab omni dispositione censentur exempta, quæ non tam fauorem, quam grauamen aliquod in-

9. An etiam laico?

ferre videatur. *per ea quæ citat Gomes. ubi sup. & arg. Reg. Canc. de derogatione iur. patron.*

Adeoquæ examinandum videtur, an ista regula fauorem contineat, an odium. ut fauores patronorum faciliè amplientur, odia restringantur. Et quidem non esset verisimile eam regulam Cancellariæ hic esse receptam quoad patronos laicos, si censenda foret odiola: cum ne quidem Concilium Trid. hic receptum sit, nisi cum expressa restrictione, ne vlatenus aliquid imminutum censeretur circa iura patronatuum Regis, & vasallorum.

Itaque hanc regulam esse fauorabilem rectè censuit *Rebuffus in Prax. beneficiar. p. 3. ad regulam de infirmis gloss. 4. n. 9. Azor. inst. mor. p. 2. l. 7. c. 28. q. 1.* sed & Modernus, *author commentarij analytici in regulis Cancellariæ Rom. ad regulam de infirmis resignantibus n. 98.* hæc inquit, regula, quamuis nouam dispositionem contineat, & quodam modo pænalis sit; actum annullando in odium fraudis: *iuxta not. per Panor. Felin. Philip. Decim in c. 2. de constitution. Bald. Ias. in l. non dubium c. de legib. non tamen odiosa est, nec exorbitans, sed fauorabilis. respo. facta tum ad fraudes vitandas, saltem quadantenus restringendas, quod è republica est. & sic fauorabile. l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. Bar. Alex. Ias. in l. si constante in princ. sol. matrim. tum ad conseruandū in hoc statum, & libertatem ordinariæ potestatis. & infra, eadem regula, inquit, iuri communi tam consona, quàm nouum remedium contra nimias vel nimis incrementas fraudes, ad conseruationem iuris communis inuenta.* quapropter cum hæc regula fraudes resignantium, & permutantium excludat, per quas etiam obrepi possit patrono infirmitatis ignaro, & sic illi per hanc consuli, & magis ecclesiæ decreta seruari, quæ morituris successorem in beneficijs sibi constituere vetant, pro fauorabili

10. Ut regula dicenda sit fauorabilis?

11. Non tantum ob fraudes vitandas.

12. Sed & successorem excludendam.

R bili

bili habenda videtur tam patrono, ut diximus, ut eius deceptioni consulatur, & publico insuper ecclesie bono: quae huiusmodi successiones abominatur. *c. plerique. 8. q. 1. c. 1. De prob.* ex quo Rebuffus *gloss. 4. n. 7.* potius elicitam ait hanc regulam, quam dumtaxat, *ex c. 2. de renunciat. in 6.* quod fraudibus huiusmodi viam obstruere voluit, porro tam fraudes abesse à beneficijs patronatui subiectis, quam alijs, & illicitam successionem; boni publici interest. & tales ecclesie ordinationes etiam ad beneficia iuris patronatus laici extenduntur. ut in *c. 15. X. de iur. patr. Alex. III.* dicit sanctuarium Dei iure hereditario teneri non posse: & ex eo *ibid.* decernit super iure patronatus. quemadmodum in *c. fin. X. de concess. eccl. vel prob. non vacant.* Comitissa Flandriae scribitur, ut de beneficijs sui patronatus, dum viuunt possessores, nemini successionem promittat. quare & recte dicitur Rota Romana apud Flaminium *referent. e Azor. ubi sup. q. 7. res. Roget.* bis iudicasse diem vigesimū inceptum, cum eo moritur resignans, haberi pro completo; ideo quod regula sit fauorabilis; & in fauorabilibus dies inchoatus habeatur pro completo. *gloss. in § minore. v. momentum. D. de minor.*

13.  
In quibus  
causis de-  
cret. ob-  
tinent etiam  
in benefi-  
cis iuris  
patrona-  
tus.

14.  
Adeoque  
& hanc re-  
gula.

Igitur cum grauamen nullum patrono infertur, nec ius eius diminuitur, imò augetur, videtur regula in eo recipienda, non minuitur ius patroni laici, quippe stante regula siue beneficium dicitur vacare per obitum, siue per resignationem, nominatio semper & praesentatio manet illi salua. neque ab alio quopiam sine eius praesentatione potest conferri. *c. 14. X. de iur. patr.* augetur autem, quia si subrepta fuerit resignantis infirmitas, & patronus resignatario prouiderit; si infra viginti dies moriatur resignans, poterit patronus per obitum liberè prouidere.

quod non facilè possit sine auxilio istius regulae, iterum si possessor valens procuratorem constituat, & ille resignet, possessorem infirmato; poterit patronus liberè conferre per obitum, beneficium huius regulae; quod non possit ex iure communi. fauorabile itaque est patronis, & iuri publico, ut dicamus in beneficijs patronatui subiectis etiam regulam obtinere.

Ceterum quod si non obrep- tum sit patrono, sed conscius ille fuerit infirmitatis, & nihilominus resignationem per mutationem admiserit; prouiderit, seu praesentauerit; grauis quaestio est, an resignante intra 20. dies mortuo, liberè possit quasi per obitum alteri prouidere. in simili de ordinario collatore contraria referuntur Sententia Parisiensis arresta, & auctores acriter diligantur. & Rebuffus quidem *gloss. 12. n. 10. & sup. contendit ordinarium collatorem* (eadem ratio est de patrono) qui contulit per resignationem, eundem exinde conferre posse per obitum, sequitur Azor. *ibid. n. 9.* non tantum ut eidem conferat, sed & alteri. nec ob id dicitur, reprobare. quod ante probat *idem Rebuff. gloss. 2. n. 36.* nec teneri de euictione. *n. 37. & d. gloss. 12. n. 11.* conatur soluere arrestum an. 1550. quod dictum fuit collatorem variare non posse. contenditque etiam illo, quod factum suum improbare non possit, excluso, alijs tamen regulam prodesse. ita ut tempore exinde labente superiores iure deuoluto conferre possint. adeoque, si de patrono agatur, Ordinarius iure libero. Modernus vero persistit in illius arresti sententia. *quasi & Papo. citat. Arrest. l. 1. t. 2. ar. 1. & 2.* multisque Moderni. contendit in Ordinario, qui infirmi resignationem admittit, contulitque regulam locum non habere, ut aduersus prouisionem semel factam, quasi per

per obitum rursus possit dispo-  
re, atque huiusmodi, vt vocat, ne-  
gotiationem in beneficijs iure esse  
illicitam. *vbi supra n. 22. & seqq. n.*  
*30. n. 71. 84. 99. 107. 331.* quam-  
quam *n. 32.* aliquos casus excipit,  
si quis error aut defectus iuris in-  
teruenerit, vt resignatio aut per-  
mutatio esset irrita, poenitentia, &  
reuocatio procuratorij interuene-  
rit; aut eidem resignatario conse-  
ratur.

17. *Regule Canc. an pro nego- cijs extra Cancellariam ge- rendis scripta?*  
Controuerfa igitur hæc est gra-  
uis admodum, quod enim ait Mo-  
dern. *n. 56. & seqq.* Regulam, vt ferè  
cæteras, pro rebus in Cancellaria  
Romana gerendis scriptam esse,  
quodque ferè innuit procemium  
Regularum, & ipsa regularum  
verba: talem & locum habere in  
negocijs extra Curiam gestis alij  
non minus contendunt, & in pro-  
uincijs obligare. *Azor. vbi supra q.*  
*4. Sarnen. latè q. 2. in proem. Reg. Canc.*  
& admittit ipse Molinæus in  
gratiam collatorum Ordinariorum  
*n. 37. 285. 288.* apud nos, inquit, *re-*  
*cepta est principaliter contra Papam, &*  
*curiales suos pro Ordinarijs vt latè su-*  
*pra n. 30. & n. 36. & seqq. &c.* vide-  
mus etiam si coram Ordinario fa-  
cta sit resignatio, & resignans mori-  
atur intra 20. dies in mense Pon-  
tifici reseruato, Pontificem con-  
ferre per obitum, quamquam id in  
iudicio contradictorio firmatum  
hic non memini. & in Gallia par-  
titio mensium ex regula 8. Can-  
cellariæ non obtinet. sic è contra-  
rio etfi resignatio fiat ad manus  
Papæ, & resignans hic moriatur  
in mense Ordinarij, etiam hunc  
conferre per obitum. *Modern. vbi*  
*sup. n. 285. Azor. vbi sup. q. 9. Rebuff.*  
*Gomes. Flamin. Chokier ad d. reg. n.*  
*20. 21. 22.* vbi & plures citat. ne-  
que rationabile videtur, vt pro  
parte dicatur recepta regula, pro  
parte non recepta. cæterum eò  
videtur spectare maximè Moder-  
nus, vt Ordinarius, qui contu-  
lit, non posset contra suum ipsius  
factum venire, & collationem fa-

ctam per resignationem iterum fa-  
cere per obitum: quod tamen alij  
dicunt fieri beneficio legis, ex qua  
non fit arguenda inconstantia; seu,  
vt ille vocat, negotiatio.

Sed & quamuis fraudes cessent, *18. An hæc cessante fraude?*  
non cessare tamen illam successio-  
nis causam arguit Rebuff. *gl. 4. n.*  
*8. quâ & Azor. vbi sup. q. n. expen-*  
*dit; & ipse Modern. n. 36.* vnde &  
quamuis scienti & volenti patro-  
no fraus non fiat, tamen eius con-  
sensus non potest facere, vt cano-  
nicæ leges ea de re lata locum nõ  
habeant. & quod Modern. cessare  
velit huiusmodi speciem successio-  
num extra Curiam Romanam; idè  
quod resignatio in fauorem  
ab Ordinario admitti non possit;  
etiam respondetur non vbi que  
ad obseruari: præsertim in resigna-  
tione in fauorem, sub reseruatio-  
ne pensionis; & permutatione  
etiam imparium beneficiorum: de  
qua agere etiam dictam regulam  
diximus. & quamuis dicantur rei-  
ci posse, quæ sunt in fraudem: *ex*  
*d. c. 2. de renunc. in 6.* loquitur ta-  
men illud in graui infirmitate, nec  
exigit 20. dies: & aliàs permutatio  
regulariter admitti debet. *c. vn. de*  
*rer. perm. in 6.* quare Chokier *vbi*  
*supra n. 16.* si patronus, inquit, præsen-  
tauerit ad beneficium vacans per resig-  
nationem, si resignans moriatur ante  
20. dies, poterit iterum presentare: quia  
non presentauit in casum mortis; &  
prima presentatio est nulla: ergo non  
prestat impedimentum alteri presen-  
tationi. licet aliud consulerit Decius  
*conf. 224. cui respondet Rebuffus tract.*  
*de nomination. q. 17. n. 5.* Ita Cho-  
kier. contra verà Modernus *n. 333.*  
si patronus, inquit, ex causa resignatio-  
nis infirmi presentauit, & Ordinarius  
instituit; non potest patronus siue eccle-  
siasticus siue laicus iterum presentare  
ex causa obitus resignantis intra 20.  
diem siue presentationis, siue institutio-  
nis, secutum. quia hæc regula non habet  
locum in Ordinario. Ita Modernus. &  
Choppin. *l. 1. t. 6. m. 3. de sacra Polit.*  
ait regulam de infirmis resignanti-  
bus

bus non obtinere in Ordinarijs diuersis Senatusconf. esse firmatum. Ex qua opinionum contrarietate D. Consulens perficere potest, quàm ambiguum erit huius rei iudicium. & quamquam aliàs secutus sim opinionem Moderni in *jur. pont. nou. anal. de renunt. n. 3.* tamen ob generalitatem verborum d. regulæ, si quis in infirmitate constitutus &c. & rationes supra deductas, agnoscere oportet dubiam fore, & ancipitem decisionem. idque sic proponere visum est, vt D. Consulens penitus rem suam introspicere, deliberare, & statuere possit.

De censibus.

RESPONSVM I.

De visitatione.

1. Quo fine fiant?

2. Præui mores corrigendi qui palâ sunt.

3. Cultu non ita.

4. De quibus fama, fit remissio ad iudicium ordinatum.

5. Sine illa hoc non institutum.

6. Iuramentum de defectibus indicandis ad oculum.

Visitaciones ad corrigenda crimina, & auferenda scandala, bonos mores tuendos, & prauos corrigendos inductæ sunt. *Concil. Trid. s. 24. c. 3.* vtique illos, qui palâ sunt. *c. 1. §. sane. de cens. in 6.* de illis enim, de quibus dumtaxat est fama, visitans non cognoscere, sed ad iudicium ordinarium inquisitionis remittere debet. *ibid.* de occultis autem quia non iudicat ecclesia, nec coactionem nec iuramentum proponere debet. *d. §. sane.* quia tum iudex sine præuia fama vetatur inquirere; tum alius quispiam sine præuia charitatiua monitione denuntiare. quod ex autoritatibus noui & veteris testamenti latè deducit Innocentius III. approbante Concilio oecumenico *in c. qualiter & quando 24. X. de accusat.* quod innouat Concilium Trid. & ab omnibus obseruari mandat. *f. 24. c. 5.*

Quare etsi visitans exegerit iuramentum super quibuscumque criminibus, seu excessibus ei aperendis; non tamen, etiam qui iuramentum præstiterit, occulta detegere potest. In hoc casu inquisitionis generalis visitationum interrogati, inquit Lessius *de iur. l. 2. c. 29. disp. 13. n. 109.* subditi non debent patefacere criminosos occultos, qui nulla talis criminis infamia laborant. *est communis sententia DD. D. Thomæ. q. 69. a. 2. & Caietani in illum art. Soti de regendo & regendo secreto, membro 2. q. 6. Nauar. c. inter verba concl. 6. n. 21. & in Rubr. de indicij. n. 87. & colligitur ex c. Qualiter & quando. supra. Ratio est, quia id, de quo nulla adhuc est fama, censetur occultum, dum via inquisitionis proceditur: atqui iudicis potestas non se extendit ad eludenda occulta; maxima enim inde in modum in rep. sequerentur. Itaque etiam si sub iuramento, vel sub pena excommunicationis præcipiat, vt dicas veritatem de eo, quod nosci, tamen non veris: sed potes cum restrictione mentali dicere, te nescire quicquam: intelligendo tacitè te nescire eo modo, vt tenetur patefacere. ita Lessius. & ex Concilio Agathensi disertè decretum *in c. 2. X. de purgat. canon.* vbi Episcopus visitans sub iuramento, seu banno Christianitatis, populum de facto adstrinxerat, vtique de famosis criminibus, vt apparet, non occultis delaturum, & populus infamiam presbyteri patefecerat, accusatoribusque deficientibus admonetur, inquit, *primò seruum ad Episcopo, deinde sub auctoritate vestibus: & si non emendauerit, Episcopus cum publica increpatione admo- neatur. Si verò nec sic se correxerit, officio suspendatur, vsque ad condignam satisfactionem, ne populus fidelium scandalum patiarum.* vbi per visitationem ne quidem infamatum publice increpat; sed primò seorsim, deinde coram testibus, tertio publicè, tum demum incorrigibilem suspendit.*

ramentum præstiterit, occulta detegere potest. In hoc casu inquisitionis generalis visitationum interrogati, inquit Lessius *de iur. l. 2. c. 29. disp. 13. n. 109.* subditi non debent patefacere criminosos occultos, qui nulla talis criminis infamia laborant. *est communis sententia DD. D. Thomæ. q. 69. a. 2. & Caietani in illum art. Soti de regendo & regendo secreto, membro 2. q. 6. Nauar. c. inter verba concl. 6. n. 21. & in Rubr. de indicij. n. 87. & colligitur ex c. Qualiter & quando. supra. Ratio est, quia id, de quo nulla adhuc est fama, censetur occultum, dum via inquisitionis proceditur: atqui iudicis potestas non se extendit ad eludenda occulta; maxima enim inde in modum in rep. sequerentur. Itaque etiam si sub iuramento, vel sub pena excommunicationis præcipiat, vt dicas veritatem de eo, quod nosci, tamen non veris: sed potes cum restrictione mentali dicere, te nescire quicquam: intelligendo tacitè te nescire eo modo, vt tenetur patefacere. ita Lessius. & ex Concilio Agathensi disertè decretum *in c. 2. X. de purgat. canon.* vbi Episcopus visitans sub iuramento, seu banno Christianitatis, populum de facto adstrinxerat, vtique de famosis criminibus, vt apparet, non occultis delaturum, & populus infamiam presbyteri patefecerat, accusatoribusque deficientibus admonetur, inquit, *primò seruum ad Episcopo, deinde sub auctoritate vestibus: & si non emendauerit, Episcopus cum publica increpatione admo- neatur. Si verò nec sic se correxerit, officio suspendatur, vsque ad condignam satisfactionem, ne populus fidelium scandalum patiarum.* vbi per visitationem ne quidem infamatum publice increpat; sed primò seorsim, deinde coram testibus, tertio publicè, tum demum incorrigibilem suspendit.*

Quin si fuerint detecta occulta, etiam quæ visitati rei fuerint confessi, occultam posse imponi poenitentiam, nullatenus publicè cam aiunt Stephanus Weym. *ad d. c. 13.*